

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicicia bg  
cum fonte primo

Sunt igitur firmi et stabiles  
et constantes eligendi  
cuius generis est magna penuria,  
et iudicare difficile  
est nisi sit expertum.

Sunt igitur firmi et stabiles  
et constantes eligendi,  
cuius generis est magna penuria.  
Et iudicare difficile  
est sane nisi expertum;  
experiendum autem est in ipsa amicitia.

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de amicitia*, 62 (J.G.F. Powell ed., p.347, ll.20-23).

Ideo uerum est illud quod dicitur:  
modios multos salis simul edendos esse  
ut amicicie munus expletum sit.

Tullius ibidem de amicicia.

Indigna homine dubitatio: non enim  
debent esse amicitiarum, sicut aliarum  
rerum, satietates; veterrima quaeque,  
ut ea vina quae vetustatem ferunt,  
esse debent suavissima,  
verumque illud est quod dicitur,  
multos modios salis simul edendos esse  
ut amicitiae munus expletum sit.

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de amicitia*, 67 (J.G.F. Powell ed., pp.349-50, ll.30, 1-5).